

GEORGII
SEU GREGORII CYPRII
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

V I T A

Quæ ex CODICE LUGDUNO-BATAVENSI nunc primum græce
in lucem prodit,
CUM LATINA INTERPRETATIONE, ET NOTIS.

A C C E D U N T

Dissertationes duæ HISTORICÆ, & DOGMATICÆ, cum binis Epistolis,
eiusdem CYPRII ad Amicum, & Moschamperis Exchartophylacis
ad ipsum, nunc primum editis: queis Byzantina Georgii Pachy-
meris Historia illustratur.

A U C T O R E

FR. JO. FRAN. BERNARDO M. DE RUBEIS
ORDINIS PRÆDICATORUM.



VENETIIS, MDCCCLIII.

Typis Jo. BAPTITE PASQUALI.

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

A D L E C T O R E M .

Operis elucubrandi , qualemcumque prodit in lucem , datam occasionem , propositumque consilium paucis accipe , Lector benevole . Cum typis Venetis Byzantinæ Historia Volumina anno M. DCC. XXIX. recudi cœpta fuerint , nova hæc Editio pretium aliquod ut haberet , nihil ab eo , qui curam ejus adfumperat , prætermissum diligentia fuit , quo accederent cum emolumento Opera , vel Opuscula , si qua ad idem argumentum spectantia nondum edita forent . Ad amicos , litteratosque Viros intra , & extra Italiam datæ litteræ sunt , queis urgebantur ipsi , ut suas pro humanitate veluti Symbolas conferrent ad novæ Editionis amplificationem . Lugduno-Batavorum Epistolæ plurimæ , & Opuscula argumenti varii , quæ Georgius , seu Gregorius Cyprius , litterarum nomine clarus , ac Patriarchæ Constantinopolitani dignitate conspicuus , tertiodecimo æræ christianæ seculo scripferat , transmissa fuere , Voluminibus manu exaratis comprehensa duobus , quorum alterum Græcum Textum complectitur , Latinam Versionem alterum ab Anonymo quodam ejus loci concinnatam . Editioni Venetæ ita consulentem Amicum , præ oculis habuisse putaverim Petri Lambecii , Vi-

GEORGII, seu GREGORII CYPRII
Patriarchæ Constantinopolitani

V I T A

CUM LATINA INTERPRETATIONE ET NOTIS.

Τὸς σοφωτάτου, καὶ λογιωτάτου Πα-
τριάρχεως Κωνσταντίνου πόλεως Γρη-
γορίου τὸ Κυπρίου διηγήστεως μερι-
κῆς λόγου, τὰ καθ' ἑωτὸν περιέ-
χων.

ΠΑΤΡΙΣ μὲν τῷ συντεταχότι τῷ
Βίβλου, Κύπρος ἡ γῆ τοσ. Πα-
τέρες δέ καὶ τατέρων τατέρες, καὶ
δὲλως ἡ σένω τὸ γένες σειρά, οἱ πλεύτε
τα τὰ πρώτα καὶ τὰς πατρίδος ἔχον-
τες, ἵως ὅπερ Βαρβάροις ἐλαχηγίτα-
λοις τὸ ἔκτιστε δυλεύειν ἐλληνικὸν.
Ἐπεὶ δὲ ἐδάλδοται, καὶ τὰς ποιητικὰς
συμφορὰς καὶ αὐτοὶ γε μετέσχουν,
μέτρια καὶ ἔχοντες, καὶ τιμωμένοι,
καὶ ὅταν μήτερεις τέντοις αὐτοῖς, καὶ
τὰς πολλὰς καὶ αδόξες ἐνέγραψε,
μήτερεις τὰς αδρὺς καὶ βαθυπλάτης
συνέταττε.

Γεννᾶται τοίνυν ἐν τῇ γῇ τοσ., καὶ
τρέφεται πάρα τοῖς γονέστιν, ἵως
αὐτοῖς ἔδει φοιτᾶν εἰς γραμματισῶν.
Ως δὲ τῆς τάτου ἐπισήμιος παρῆλθε
τὴν χρείαν, παρῆλθε δὲ ἐννέα πάντας
τῇ ηλικίᾳ. δοιῶν ἐντεφυκένου τὸν φυ-
χὸν ποὺς μαθήματα, καὶ αδικοῖτ'
(ἀδικοῖσθ') αὖ μὴ τάτοις ἐμβιβαζό-
μενος, εἰς τὴν καλλινικιστέων πλείο-
ντος παιδείτεως ἐγενεν πέμπτου, δο-
κεῖται τεώς τὸν πόλιν ἐκεῖνον αὐδρῶν
διτυχεῖν πολὺ πλέον εἰδόταν πάρα

τοῖς

Sapientissimi, ac Disertissimi Pa-
triarchæ Constantinopoleos,
(1.) Gregorii Cyprii particu-
laris Historiæ sermo, res suas
(2.) continens.

CYprus insula ei patria fuit, qui Librum hunc (3.) con-
cinnavit. Patres autem, & avi
(4.) omnesque progenitores pri-
mas habuerunt in divitiis, & in
patria, quoique Græcis non ob-
tigit ibi servire (5.) Barbaris La-
tinis. Postquam vero servitutem
subierunt, communis calamitatis
& ipsi participes effecti sunt, me-
diocriter possidentes, & honorati,
caque habentes quæ nec pauperi-
bus, & plebeis, & vilibus connu-
merabant ipsos, nec inter potentes
ac ditissimos constituebant.

In hac igitur Insula natus est,
& apud parentes educatus, donec
ipsum ire oportuit ad Grammati-
cæ, seu primarum litterarum in-
stitutores. Cum vero ipsorum di-
sciplina opus non amplius habuit,
ætatis suæ novem omnino exces-
serat (6.) annos. Cumque inge-
nio videretur ad disciplinas idoneo
natus, & injuria affici, si iis non
adPLICaretur, in Callinicensium
(7.) urbem mittitur, majoris in-

A sti-

DISSERTATIO PRIMA

HISTORICA, ET DOGMATICA

De præcipuis GEORGII, seu GREGORII CYPRII gestis:
deque Processione Spiritus Sancti a Patre & a Filio,
seu per Filium.

C A P U T I.

Nonnullorum Patriarcharum notitia, qui Gregorio Cyprio præcesserunt. Annus expenditur, quo Arsenius iterum Patriarcha, depositus est. Itemque annus, quo dignitatem sumpfit, & abdicavit Germanus: Possinus, Bandurius, & Cuperus emendati. Annus etiam evecti ad Sedem Patriarchalem Josephi Galesioræ. Arsenianorum, & Josepbitarum factiones.

I. **T**heodorus Lascaris, quem *Tertium* hujus nominis Græcorum Imperatorem vocant, vita mortali anno æra vulgaris 1259. in autumnum vergente decesserat, ut ait Pachymeres in Michaële Palæologo Libro I. Capite XIII. idest Mense Augusto. Imperium paternum accepit Filius ejus, *Joannes IV. Lascaris*, qui ætatis annum aut sextum, aut octavum, aut certe nonum, pro varia Scriptorum chronographia, vix indeptus fuerat. Impuberi Principi tutores erant *Georgius Muzalo Protovestiarus*, & *Arsenius cognomento Autorianus*, qui ab anno 1255. sedem tenebat Patriarchalem. Pachymerem latius differentem consule loco citato Capite XV. *Protovestiarium* interpretatur Goarius in Notis ad Caput II. Georgii Codini Curopalatae num. 19. *Regii Cubiculi Magistrum*.

Erupit de tutela Principis contentio. Georgius, & Theodorus Muzalones ab exercitu in seditionem concitato trucidati: declaratusque pueri Principis tutor *Michaël Palæologus*, qui dignitate potiebatur *Contestauli*, seu *Conestauli*, idest *Comitis Sebuli Imperatorii*. Goarium vide loco citato num. II. & Pachymerem Cap.XVIL & XXI. & in sequenti XXII. Tum ille *Magni Ducis* titulo ornatus, renunciatusque *Despota*, ut narrat laudatus Hiltoricus Cap. XXIII. & XXVII. Majora moliri animo cœpit, summum scilicet *Imperii* honorem captare. Rem obtinuit pro votis: salutatus *Imperator*, seu